

~~16~~ ~~16~~

~~16~~

Ergone Te videam gelido pallefcere vultu!
Te videam rapidae tradere membra neci!
Ergone vita fugit, soboli dum vita senellae
incipit, et matris ius Tibi dulce venit!
O duplici terrore miser! me nupta relinquit,
Flebilis, et casso foedere prima cadit!
Me, mater dum prole beat, tamen esse maritu
Non finit: o quanti constitit, esse patrem!
Nascitur, et solitis non vitae damna querelis
Ingemit: hei, mater, sed tua busta gemit.
Tu, genetrix, extincta iaces; miserabilis infans
Hic inter medius spesque necemque iacet.
Nec pectus tetigisse licet, quo pectore vitam
Duxerat, exili condita massa domo.
Nec gremio recubare datur, tam parva Quiritum
Viscera quae foueat ni fouet illa quies?
Lumina quo vestam? claudit sua lumina coniux,
Nescit pars animae proh! vigilare meae.
Quid

Quid primum quid deinde querar? me linques, an illum ?
Festus? inuisi numquid uterque sumus?

Vel nulli cessurus amor concesserit illi,
Si quis apud vuos te retinebit amor:

Vel pretas geminata valet; geminabimus istam,
Namque, reor, pariter carus uterque fuit.

Nil rigidam mea vota mouent? nil fata moratur?
I licet, obstructa negligit aure preces.

Quid video? maestus circum lacrimare forres?

Ultima quaeis viduae dat peragenda domus,
Supremumque vale ~~gemi~~ repetit: vox illa medullas
Diuidit attonito, non repetenda, viro.

Iam famulis commendat herum, ne cura sepultae,
Immemor, adflictum linquat, ut Ipsa, laeem.

Nil superest, nisi nata recens genetricis imago,
Hanc \neq pro me foueas, hanc tibi trado, pater.

Iamque vale. Supercas oculos tendebat ad arces,
Ulluc immoto lumine fixa manet.

Quid spectet? curae ~~ita~~ alta iuuat lustrare, roganti,
Quam pulchra est regio quam meditamur, ait.

Spiritus huc abiit, sua quem poscebat origo,
Haec demum stabilis post mala victa, domo.

Dixit

Dixit, et hinc placido demisit ^{pectora} ~~lucida~~ somno
Victricemque animam suscipit alta quies.
I decus i nostrum: digna es melioribz annis,
Non Tibi non viridis nempe iuventa perit.
Non perit, transcripta polo est: mihi damna dedisti,
Damna secuturo non reparanda die.
Nec moreris: moritur faeus insanabile tuctu
Pectus et insequitur busta parata, meum.
Spiritus at sancto iunctq Tibi foedere, nusquam
Te sibi diuelli, Te, mea vita, sinit.
Viuus in hoc animo, semel hunc Tibi, Nepta,
Sospes in hoc tenero pignore Diua, vices;
Hoc mihi Te seruat, Tibi me seruabit idemque,
Donec in aeternas iungimur ambo vices

